



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

**Sandini, Antonio**

**Bambergæ, 1753**

LXXXVIII. Joannes VII. Anno Christi 705. Justiniani II. Iterum Imp. I

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

## ANNOTATIONES.

(1) Baronius ad an. 701. §. 10. Ex his omnibus planè conspicitur, consilio Dei factum, ut cum insurgerent in Romanos Pontifices Imperatores, Italia milites in eos rebellarent, malentes pro salute Pontificum in discrimen adduci, quam Grecorum manibus ipsos relinquere indefensos. Ex hoc tempore Exarchorum vires admodum tennes reddi cœpere: contra verò Romanis Pontificibus, pro quibus milites starent, aucta sunt - - Porro his favoribus militumque presidii nequaquam se se Pontifices extulere arripientes (quod facile factum erat) tyrannidem, sed semper (ut vidisti tum in Sergio, tum in Joanne) pro Exarchis ipsis apud milites intercessere.

LXXXVIII.

JOANNES VII.

ANNO CHRISTI 705.

JUSTINIANI II. ITERUM IMP. I.

JOANNI VI. anno 705. Kal. Martii  
 sufficitur Joannes VII. & ipse Grecus, Platonis filius. (1) Hic per Legatos ab Justiniano II. in Imperium restituto rogatus est, ut canones Synodi

Bar. an.  
 705 §. 1. 5  
 Pag. §. 2.

nodi Quinifextæ congregato Concilio  
 examinaret, & quos consentientes reperis-  
 set Catholica disciplina, probaret confir-  
 maréque, ceteros verò pro arbitrio resu-  
 raret. Verùm etsi iusta hæc petitio vide-  
 retur: tamen quod non deceret majesta-  
 tem Apostolica Sedis, vel quid minimum  
 comprobare, quod non in legitima Synodo  
 sancitum esset, eos Joannes nec ex parte  
 voluit comprobasse: ceterum (quod ab eo  
 fieri expectabatur) nec voluit condemnasse,  
 ne commoveret animam Imperatoris. Hinc  
 est, quod Anastasius subdit: Sed Joannes  
 humanâ fragilitate timidus, hos nequa-  
 quam emendans per suprafatos Me-  
 tropolitanos direxit ad Principem:  
 Hæc ipse. Verum eos non recepisse, vide-  
 ri poterat condemnasse. (2) Eodem reg-  
 nante Aripertus Rex Longobardorum do-  
 nationem Patrimonii Alpium Cottiarum,  
 quæ quondam ad jus pertinuerant Aposto-  
 lica Sedis, sed à Longobardis multo tem-  
 pore fuerant ablata, restituit, & hæc  
 donationem aureis exaratam litteris Ro-  
 mam direxit. (3) Quam restitutionem  
 Luitprandus Ansprandi filius & suc-  
 cessor, postea Romana Ecclesie confir-  
 mavit. (4) Regnavit autem Joannes Bar. an.  
 VII. annos duos, menses septem, & dies 707. S. I.  
 A a 2 sep- Pag. 9. I.

*Septemdecim, an. 707. XVI. Kal. Novembr vitâ defunctus.*

## ANNOTATIONES.

(1) Baronius ad an. 705. §. 2. & 3. *Incredibiles perspicias fuisse Gracorum artes, quibus nisi sunt sibi subicere (sibi licuisset) Romanam Ecclesiam. Quod enim confirmationi Romani Pontificis sibi tyrannicè usurpata tandem renunciaissent Imperatores, studuerunt aliâ viâ eidem Romane Ecclesie dominari, agentes nimirum, ut in collegium S. Rom. Eccl. Cardinalium allegerentur Orientales, qui etiam, operâ Exarchorum annuente, crearentur Romani Pontifices. Hinc videas post Benedictum Pontificem, Joannem quintum Syrum natione creatum successorem, deinde Cononem Thracem, postea Sergium Syrum, Joannem deinde Gracum pariter ordine sextum dictum, inde hunc, de quo agimus, Joannem septimum itidem Gracum, postea Sifinium Syrum, & post eum Constantinum pariter Syrum, itidemque Gregorium tertium Syrum etiam, nec non post eum Zachariam Gracum: ut appareat inter hos omnes vix unum Gregorium secundum intercalatum Romanum natione Pontificem.*

*Sed quid accidit? utique tanquam miraculum à Deo, ut in collegium iidem*

coop:

coopati S. Rom. Eccl. Cardinalium, & creati Pontifices Apostolica Sedis, spiritum pariter heredarint Apostolicum, steterintque adversus omnes conatus Imperatorum & Orientalium Episcoporum, restiterintque, ac ne minimum quidem cesserint. Videas pariter hac de causa ad eludendum eundem conatum Imperatorum fuisse ordinationes Cardinalium Rom. Ecclesie infrequentes, quo necessitatem vitarent iidem Romani Pontifices Imperatorum obsequendi voluntati. Sic igitur semper ipsi elusire manserunt Imperatores, cum suos Græcos, sive alios Orientales creatos Romanos Pontifices suis ipsorum petitionibus acerrimos adversarios reperirent, quos putabant in omnibus, gentilibus suis fore concordēs: ut de ipso (de quo est sermo) Joanne Septimo accidisse probatur.

(2) Baronius ad an. 705. §. 5.

Christianus Lupus Dissertat. De Synodi Trullanæ causa, tempore, loco, Episcopis, auctoritate: Joannem septimum Anastasius arguit, quod noluerit cribrare canones, & iriticum à palea separare. Nec sine fundamento. Verè enim de hac Synodo ait adductus libellus Synodicus: Omissos in quinta & sexta synodo Canones edidit, & ab omni Græca, id est gentili,

Aa 3

arque

atque Judaica, quin & haeretica traditione  
Ecclesias purgavit. *Habet bona mixta ma-  
lis; Et utile ab inutili non vitiat.*

(3) Paulus Diaconus De gestis Longobar-  
dorum lib. 6. cap. 28. inter Scriptores Res.  
Italic. tom. 1. pag. 499.

Thomassinus De vet. & nova Ecclesia dis-  
ciplina part. 3. lib. 1. cap. 27. §. 17. *Eo pa-  
trimonio continebatur Genua, & tota ejus  
ora maritima usque ad fines Gallie.*

(4) Idem Paulus Diaconus De gestis Lon-  
gobardorum lib. 6. cap. 43. pag. 504.

Anastasius in vita Gregorii II. pag. 164.  
*Eo tempore Luitprandus Rex donationem  
patrimonii Alpium Cottiarum, quam  
Aripertus Rex fecerat, hicque repetitam  
admonitione tanti viri vel increpatione  
redditam confirmavit.*

LXXXIX.

SISINNIUS.

ANNO CHRISTI 708.

JUSTINIANI II. ITERUM IMP. A

Bar. an. 708. §. 1. **S**ISINNIUS Joannis filius, Syrus  
Pag. §. 1. XV. Kal. Februar. anno 708 Pon-  
tifex factus est. Vicesimus ab electio-  
ne dies, septimus Februarii finis vitae  
ejus fuit, cum de Urbis mœnibus ac  
Tem-